



23.

Programma  
**PRORECTORIS  
ET SENATVS ACA-  
DEMIAE IVLIAE**

*AD STUDIOSAM JUVEN-  
TUTEM,*

PROPOSITVM

Cum compendium legum Scholasticarum  
publica tabula promulgaretur.

*VI. Kal. Decembr.*



HELMÆSTADI  
*Excudebat IACOBVS LVCIVS acad. typographus*  
cl̄o lb̄ c̄ XXXVII




PROLOGUS  
ET SENATUS  
DEMIAE  
AD STUDIUM  
IN  
P. ROBERTO  
Cum compendium legum Scholasticarum  
publica tabula promulgata  
N. R. Kalender



HERMANNI  
Exemplum legum  
M. C. C. C. C.







PRORECTOR ET SE-  
NATVS ACAD. IVLIÆ

*Studiosa iuventuti S. D.*

**N**OVAM ex hoc loco  
vos compellamus, or-  
natissimi juvenes, &  
quod scire vestra inter-  
est exponimus, quin  
bonę cohortationis aut  
præceptorum & moni-  
torum aliquid simul adspargamus: idque  
eò minus mirum videri vobis debet, tum  
quod nimis sæpè id non inculcatur, quod  
nimis diligenter nunquam fit, tum quod  
hæc sunt tempora quibus fastigium im-  
probitas conscendit. Et quanquam om-  
nes id decet, qui alijs præfecti sunt, no-  
bis tamen hoc magis opera danda est, ut  
vos in regia pietatis ac virtutis via conti-  
neamus, quòd, tanquam flos universæ  
juventutis, rei omnium maximæ destina-  
ti estis,

A 2

ti estis,



ti estis, & in spem posteritatis educamini,  
quos si multiplices illæ vitæ corruptelæ ac  
pestes non minus quàm cæteros mortales  
in præcipitia errorum abripiant, de ipsa  
apud nos ecclesia & republ. actum est.  
Quem quidem metum etsi vanum esse  
magnopere velimus, res tamen ipsa non  
patitur ut esse credamus: nam quanta vi-  
tiorum sementis paullatim etiam in ea  
loca illata sit, quæ non nisi sapientiæ ac  
virtutis cultui dicata erant, id nec obscu-  
rum pio & cordato cuiquam esse potest,  
nec, si quis quod manifestum est inficiari  
ausit, divinæ vindictæ æstus, quo & illa  
non leviter pridem afflata esse vidimus, id  
permittit. Quapropter si salvum adhuc  
quidquam esse cupimus, tempus certè  
est, ut retrò vela demus & cursus relictos  
iteremus. Cæterum cum aliàs, ut dixi-  
mus, quoties est commoditas, hæc vobis  
*ὡς ἐν παρόδῳ* occinamus, nunc ea peculiare  
hujus scriptionis argumentum esse vo-  
luimus: nec enim unum aut alterum mo-  
nitum adferimus, sed cunctarum legum  
acade-



academiæ nostræ epitomen, ideò confe-  
ctam, ut deinceps in publico omnium  
conspectu versetur, non quidem quòd i-  
gnoræ eæ alias vobis esse queant, quippe  
quæ quovis semestri, cum novus magi-  
stratus creatur, omnibus recitentur, sed  
ut eò minus, quid vestri officij sit, præteri-  
re vos possit. Sanè si recta via rem omnes  
reputemus, & id vestrum quisq; cogitet,  
quantam rectè vivendi necessitatem ipsa  
nominis nostri professio nobis imponat,  
totum hoc supervacuum videri poterat:  
nemo enim nostrum est, quin vel sacra-  
rum litterarum, vel sapientiæ moralis aut  
civilis cultor haberi velit. Eorum autem  
studiorum omnium nullam ne mini-  
mam quidem partem quis attigerit, quin  
optimis vitæ præceptis eum abundare o-  
porreat, ut aliam vivendi normam, præter  
illas ipsas literas, quas quotidie tracta-  
mus, requirere non possimus, nisi perversè  
prorsus eas colamus. Verum enimverò,  
ut etiam ab hac parte ad optima quæque  
& publicam salutem via quam accuratissimè



simè munita esset, visum viris sapientibus  
fuit non scholas minùs quàm alias socie-  
tates certis legibus adstringere, quod &  
de nostra hac à principio factum. Eas igitur  
non ex interuallo tantum posthac  
pronunciari audietis, sed publicè in tabu-  
sa affixas, quoties uolueritis, summatim  
recognoscetis. Quod quidem ut fieret  
ipsis serenissimis Principibus nostris ita  
visum est: cum enim hi superiori, ut scitis,  
æstate amplissima legatione huc missa res  
academiæ ordinarent, id etiam primo lo-  
co constitutum est, ut non minor disci-  
plinæ quàm institutionis scholasticæ ra-  
tio haberetur: non leuiter enim illam i-  
sta, quæ hoc bello inualuit, morum licen-  
tia labefactatam esse censuerunt, dum an-  
tiquæ modestiæ & frugalitati militaris  
quædam apud nonnullos ferocia luxusq;  
& intemperantia successit. Quam qui-  
dem eo etiam progressam esse, ut interdū  
nec ab aliorum injuria & concussione sibi  
temperet, id quidem intolerabile pror-  
sus



fus crimen esse judicarunt. Quocirca  
ut omni conatu tantis vitæ corruptelis  
occurreretur, districtè mandarunt, ut  
non solum severè cum primis in tantam  
petulantiam animadverteretur, sed eadē  
de causa leges academiæ breuiter con-  
tractæ, publicè proponerentur, ne ab ea-  
rum ignorantia velum malitiæ sibi quis-  
quam quæreret. Vos qui erectæ indolis  
atque animi estis, nec quid petulans ali-  
quis comessator, aut vanus & corruptus  
adolescens, vel amet vel sectetur, sed  
quid virtus & honestas imperet, bonique  
& intelligentes omnes, ac Deus ipse pro-  
bet, æstimatis, ultrò id agetis, quod di-  
gnum vobis est, id est, *quæcunque sunt ve-  
ra, quæcunque veneranda, quæcunque iu-  
sta, quæcunque pura, quæcunque amabilia,  
quæcunque boni nominis, si qua virtus, & si  
qua laus est, hæc porrò etiam reputabitis,  
& Deus pacis erit vobiscum.* Cæteri ve-  
rò, qui ad tantam uilitatem seipfos abje-  
cerunt, ut nihil turpe sibi ducant, ad quod  
effre-



effrenis cupiditas aut prava paucorum  
consuetudo incitat, neq̄ aut paternis mo-  
nitis nostris se corrigi, aut legum repa-  
gulis coërceri patiuntur, Deum ultorem  
experientur, nec poenas legibus constitu-  
tas effugient. Valete. P. P. in acad.

Iulia VI. Kal. Decembr. Anno

---

clo cl c XXXVII.






35. Progr. in Jun. Stiliae Steinmanni, Com. Hornesii coniug. 1661.  
 36. Bodomeieri phil. et theol. stud. 1663.  
 37. Sinaideri progr. orationis — a Braunfeldt praem. 1663.  
 38. progr. in Jun. puellae An. Mariae Krohn. 1666.  
 39. — — — An. Marg. Vogleri. 1666.  
 40. — — — puelluli Joh. Rinnersi. 1666.  
 41. — — — puelluli Joh. Rinnersi. 1666.  
 42. — — — An. Eleon. Meieri. 1666.  
 43. Carmin. grat. ad Isenmannum. 1667.  
 44. Ode in caritatem. 1678.  
 45. Andr. Herm. Hellberg gratulantis Acad. Juliae prof. 1678.  
 46. Progr. Henrici Widenburgi. 1680.  
 47. Festu. nupt. Carp. Anolvi Strambrecht. 1678.  
 48. Lat. ac debit. officium ad unicum. 1678.  
 49. Pia vota ad Lud. Fabrum sponsorem et — sponsam. 1679.  
 50. Progr. in Jun. matris Bornemanniae, Tannmanni viduae. 1691.  
 51. Progr. Joh. Reupen. 1709.  
 52. Progr. in Jun. An. Cath. Rinerichiae, Hornesii coniug. 1649.  
 53. Progr. XII Nov. A 1693.  
 54. — in Jun. An. Soph. Schmerhenniae, Sibh. Revd. Meieri vid. 1702.  
 55. — Agnesae Krohnen, Carp. Torberi vid. 1712.  
 56. Abvandenrysande utguldystrom Voigt.  
 57. Progr. in Jun. Homburgii Sili. 1714.  
 58. Catalogus scriptorum in div. acad. editorum. 1732.  
 59. Progr. in Jun. Carolif phil. stud. 1757.  
 60. Memoria Toppii 1757.  
 61. — Seidlii. 1758.  
 62. — Laur. Heideri. 1758.  
 63. De vita Frobesii. 1756.  
 64. Gratia panegyri. in diem nat. prin. Frederici V, Saxon et  
 Norvegiae regi. 1759.  
 65. De des principitate. Progr. sac. Christi natal. his. 1762.  
 66. Progr. in fest. Michaelis. 1762. —

96  
1233


= Nonnulla desunt =

ULB Halle 3  
001 920 952  







Summa  
**TORIS  
VS ACA-  
VLIAE**

AM JUVEN-  
M,  
TVM  
m Scholasticarum  
mulgaretur.

embr.



ADI  
*vs acad. typographus*  
**XVII**

23.

2

